



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 92. Ludovici XIII. Franciæ Regis edictum contra Principum Procerumque molimina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. „ & monemus omnes Principes, & Re-
 A. C. 1615 „ gni officiales, Equites, Nobiles, ali-
 „ osque cujuscunque dignitatis sint, Par-
 „ lamenta item statusque Regni, & om-
 „ nes quotquot se gallos vocant, ut au-
 „ xilio. Principes vero exteros, & con-
 „ fœderatos Regni foccios, ut gratia &
 „ favore suo in causa tam justa nos juva-
 „ re, & prosequi velint.

§. XCII.

*Ludovici VIII. Franciæ Regis edi-
 ctum contra Principum Proce-
 rumque molimina.*

*Merc. Gal-
 lob. tom. II.*

l. I.

*Calmet. Hist.
 univers. l. 15.
 n. 84.*

Quoniam vero ob datam utrinque fi-
 dem Rex discessum suum haud ul-
 tra differre poterat, caute Busco-Del-
 phinum Marecallum Lutetiæ Parisio-
 rum cum valido exercitu reliquerat, ut
 Condæo Principi, ejusque Fœderatis,
 si quid forte molituri essent, resisteret:
 insuper die trigesima Julij Decretum
 promulgari jussit, quo omnibus Provin-
 ciarum, urbiumque Rectoribus præ-
 ceptum, ut locorum sibi commissorum
 securitati prospicerent, necnon mili-
 tum, nisi in Regis obsequium, dele-
 ctum fieri prohiberent, nec absque scri-
 pta Regis venia cuicunque Principi, aut
 Ministro hasce urbes ingrediendi copiam
 facerent. Alia dein epistola Rex Prin-
 cipes

cipes hortabatur, ut evoluto unius Sæc. XVII.
 Mensis spatio ab armis desisterent, at- A. C. 1615.
 que exauctorato exercitu suo dimissisque
 captivis pecuniam, urbesque interceptas
 Regi redderent, cunctaque in pristinum
 statum restituerent, ni crimen læsæ
 Majestatis incurrere, & dignitatis, bo-
 norum, omniumque privilegiorum ja-
 cturam facere vellent.

Hæc Regis declaratio Principum
 animos majore adhuc indignatione ac-
 cenderat, atque inter eos Condæus nul-
 la mora Regi rescribens, ad singula que-
 relarum capita descendit, de Regni ca-
 lamitate, & Ministrorum malitia vehe-
 menter questus: postremo declarabat,
 quod boni publici studio animatus, &
 Regis adolescentiam, qua ejus Mini-
 stri abuterentur, misertus, ratum fi-
 xumque haberet, ab armis non cessare,
 donec Rex libertati suæ redditus, con-
 siliisque sanioribus adjutus Regni cala-
 mitatibus, quas Ordines & Curia ex-
 posuerant, remedium opposuisset. Ne
 vero hæc minæ sine viribus esse videren-
 tur, eodem tempore Condæus quos-
 dam Gratianopolim, ubi Calvinistæ
 suum celebrabant conventum, alios Ru-
 pelas ablegabat, ut eos ad suas partes
 pertraheret.